



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Quid significat Catechesis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

# CATE<sup>CH</sup>E

CHESIS.

Quid significat Catechesis?



ERBVM G R AE-  
cum κατηχέω est erudio  
seu doceo. Olim autem e=   
rant in ecclesia non solum  
episcopi & pastores, sed  
etiam κατηχηται, quorū  
erat proprium munus, e=   
rudire nouitios, priusquā  
baptizabantur. Vnde Catechesis adhuc dicitur, Cateche-  
quædam prima institutio, in qua compendio tra sis.  
ditur summa Euangeli. Talis autem docendi ra=   
tio erat. Non solum proponebant κατηχηται do-  
ctrinam, sed ab auditoribus reposcebant dictata,  
quod in docendo utilissimum est. Ita enim explo-  
ratis auditoribus, animaduerti potest, quid quis-  
que intelligat, & errantes admoneri possunt, &  
hæc ratio docendi, in qua dictata reposcuntur,  
propriè est κατηχεῖν, maximèque prodebet in κατηχεῖν  
ecclesia manere hanc consuetudinem, explorare  
rudiores, ut iudicia de necessarijs rebus forma=   
rentur. Prodest & illud, unam quandam simpli-

z DE DECALOGO.

cem & certam formam doctrinæ extare & tenere certos loquendi modos, qui nihil habent ambiguïtatis, & sunt consentanei scripturæ, sicut & Paulus præcepit Timotheo, ut conseruet ὑπὸ τοῦ πνεύματος τὴν σαναν δοctrinæ, id est, certam formam. Nam dissimiles & ambigui modi loquendi parunt multas (cum aliis aliud intelligit) dissensiones. Sæpe etiam pariunt errores.

DECALOGVS.

Quid præcipit primum præceptum?

**A**pte orditur lex ab agnitione Dei. Nam primum præceptum docet esse Deum, & requirere obedientiam, benefacere obedientibus, & punire inobedientes. Ac simul tradit modum quo Deus uult apprehendi, & cultum quo uult coli. Docet enim Deum esse uerbo & aliquo ipsius testimonio apprehendendum. Ideo sic ait, Ego sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, quasi dicat, Ecce hunc Deum agnoscet & coles, qui tibi hoc uerbum proponit, & qui tibi proposuit testimonium de se, scilicet hoc ipsum opus, quod eduxi populum ex Aegypto. Ita & nos debemus apprehendere Deum uerbo, quod nobis datum est, & testimonio, scilicet,